

vacat, nec ei pars ulla libri ascribitur, quia nimirum pars septima octavo^p
 355 est ascribenda diei. Prima itaque parte de curis^q pastoralibus^q agitur^r in
 typo stellarum vel angelorum septem; secunda de conflictibus^s martirum
 in misterio signaculorum^t septem^u; tertia de doctorum conflictibus^u in
 typo angelorum tubis canentium; quarta de conflictu heremitarum et virgi-
 num^v in typo mulieris amicti sole et eorum, qui sunt de genere eius; quin-
 360 ta de spiritualium zelo virorum, quibus est contra mundi scelera, que oculis
 suis cernunt, conflictus. Sexta^w contra Babilonem, hoc^x est^x contra mundi
 scelera, sententia incutitur peremptoria, deinde contra gentes plurimas, que
 contra Christi nomen insurgunt^y, novissime autem contra filium perditio-
 nis et gentes, quas adducet^z in prelium. Sicque^a consummato seculo^b cele-
 365 stis regni gloria in^c figura^d preciose civitatis describitur.

Quinque autem turme sunt, que^e spiritualiter^f in hoc libro notantur,
 apostolorum^g, martirum^h, confessorum etⁱ virginum^k, deinde universalis
 ecclesie^l clericorum vel monachorum, omniumque pie viventium in fidei
 unitate^m. Contra hosⁿ diabolus suas misit catervas, Iudeorum, paganorum,
 370 Arrianorum et Arabum, et postremo^o universalem desperate multitudinis
 turbam. Quatuor speciales^p turmas^q quatuor significant animalia: leo,
 vitulus, homo, aquila^r⁷¹; leo scilicet pastorum ordinem, vitulus martirum,
 homo doctorum, aquila contemplantium. Iste^r sunt quatuor spirituales^s re-
 gis austri⁷² cohortes, contra quas rex aquilonis^t bestias nimis sevas direxit^u,
 375 leenam^v scilicet^w, ursum et pardum et aliam, cuius effigiem^x Daniel non
 expressit⁷³. Significant enim illa persecutorum genera, que supra memorata

p) septimo A. q) pastoribus et apostolis D. r) folgt et CE. s) conflictionibus DE. t) VII angelorum D. u) conflictionibus D. v) folgt sive contemplativorum D. w) sexto A. x) idest D. y) insurgunt AC; exurgent D. z) educet B. a) Sic et D. b) scelere E. c) folgt futura B. d) figuram AC. e) sunt que fehlt E. f) specialiter BE. g) folgt sive pastorum D. h) amartyrum E. i) fehlt E; atque AC; heremitarum sive D. k) folgt sive contemplativorum D. l) fehlt AC. m) folgt ecclesia BDE. Das dürfte die Zweitfassung sein. n) folgt vero BDE. o) postea A. p) spirituales ACD. q) turme AC; folgt primas in predictis quinque turmis D. r) folgt vero D. s) speciales E. t) Babilonis AC. Dies könnte der ältere, aber von Joachim selbst verbesserte Text sein. u) dixerit C. v) leonam E. w) folgt et E. x) efficiem B.

⁷¹) Apoc. 4,6f.

⁷²) vgl. Dan. 11,5ff.

⁷³) Dan. 7,4ff. Vgl. die ausführliche Auslegung in der Concordia, Buch V, cap. 113–118, und im Traktat De ultimis tribulationibus (fehlerreiche Edition von E. R. Daniel, in: Prophecy and Millenarianism. Essays in Honour of M. Reeves, 1980, S. 175–189. Vgl. oben Anm. 6). Im Enchiridion wird hierauf nur kurz angespielt (Z. 546, 1174, 1745; f. 16^r, 35^r, 52^v).